



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino
Lugduni, M. DC. LXXX.**

64. An tempore pestis testes adhibiti in testamento teneantur videre testatorem, vel sufficiat cum audire? Ex p. 7. tr. 6. res. 39. aliàs 38.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76413)

affinis effert. Ita Parladonius in *different. quorid. differ.* 15. num. 8. Vide etiam à fortiori Menoch. *conf.* 1. 3. n. 40. & *leg.*

3. Nota tamen hic obiter quod statutum quo cauetur testamentum non aliter valere, nisi id à Notario matriculato conscriptum fuerit, non extenditur ad testamentum tempore pestis conditum, si tempore testamenti conditi in illo loco nullus Notarius matriculatus reperiebatur. Angel. in *l. si vacantis. Cod. de bon. vacant. lib. 10.* Alex. in *fin. & ibid. Iaf. n. 4. Cod. de testam. Dec. conf. 285.* Hipp. de Marf. *l. 1. §. praterea, n. 89. ff. de quass.*

4. Eodem modo statutum requirens, ut in testamento mulierum interueniat presentia duorum agnatorum, non extenditur ad testamentum tempore pestis conditum ab illa muliere, quæ propter pestem agnatorum copiam habere non potuit. Corn. *conf.* 139. *lib. 4.*

RESOL. XXIII.

An in testamento tempore pestis testes debeant esse rogati? Ex p. 7. tr. 6. Ref. 38. alias 37.

§. 1. **A**ffirmatiue respondet Ripa *tr. de peste, c. 2. de priuileg. vol. causa pestis, §. 5. n. 42.* Sed ego puto testatorem peste infectum, & peste decumbentem non esse allictum testes in suo testamento rogare, sed sufficere si sint fortuiti. Et ita docet Christophor. Portius ad §. *panē. ver. conuocatis ad hoc hominibus.* Inst. de *testam. mil. Virgil. Pingiz. q. 20. n. 20.* Berlichius *Pract. concl. §. n. 27. part. 3.* & Tho. Maulius *tr. de vlt. vol. lib. 1. tit. 13. n. 3.* ratio est, quia rogatio testium in Testamento, est de solemnitatibus iuris Civilis. Ergo non est necessaria in testamento in tempore pestis; & hanc sententiam tenet etiam nouissime Io. VVvrmserus in *contr. iur. lib. 2. tit. 10. contr. §. n. 4.*

RESOL. LXIV.

An tempore pestis testes adhiberi in testamento teneantur videre testatorem, vel sufficiat eum audire? Ex p. 7. tr. 6. Ref. 39. alias 38.

§. 1. **T**empore pestis sufficere Testes audire vocem testatoris, si vocem notam habeant, videtur dicendum per ea quæ adducit Cornutus *conf.* 166. n. 3. lib. 3. Alciatus *conf.* 60. n. 13. lib. 9. Præuidellus *tr. de Peste, c. 2. de vlt. vol. c. 7. ver. quæro.* & hanc sententiam tenet Paris. *conf.* 33. n. 11. vol. 2. Rol. à Valle *conf.* 81. n. 24. vo. 1. & Peregr. *decif.* 80. n. 4.

2. Verum contrariæ sententiæ adheret Ciardin. *contr. Forens. ca. 109. n. 36.* Alciat. *conf.* 94. lib. 9. Farin. *de Testibus, q. 69. n. 188.* Menoch. *de Arbitr. cas. 475. n. 23.* Crotus *tr. de testibus, num. 346.* & alij. Asserunt igitur quod in testamentis, & vltimis voluntatibus necesse est quod testes non solum audiant vocem Testatoris, sed etiam illum videant, & cognoscant, adeo ut, si intermedia esset inter ipsos, & Testatorem cortina, vel paries, non valeret testamentum, quia necesse est omnino ut Testes in conspectu testatoris testimonij officio fungantur, ad euitandas fraudes, & falsitates, quæ possent interuenire: sic per text. *apertum in l. si non speciali,* vbi Cyn. Bald. Angel. Castr. & Albert. & communiter DD. *Cod. de Testam.* Nec verum est quod id cesserit tempore pestis, quia hæc solemnitas requiritur multo magis eo tempore, ut testes videant testatorem, quia tunc maxime falsitates fabricantur, cum penes infirmos pauci reperiantur, & om-

nes eos vitent; unde propter eminentem periculum taurius fuit agendum, nec aliquid remittendum de hac solemnitate, quia melius est, quoddam venientes ab intestato succedant, quam remittantur solemnitas, unde de facili posset fallum committi. Hinc Fulgos. in *l. fin. C. de test.* refert, quoddam D. Aquila vxor Domini Signorelli de Homodeis de Mediolano peste infecta, cum non posset testari, quia non poterat habere testes, fecit se in viam publicam portare, ut ibi habens audientes vltimam suam voluntatem, valide testaretur. & Corn. in *conf.* 77. num. 7. lib. 4. quem refert etiam & sequitur Præuidell. *d. cap. 6. in fine,* inquit; quoddam testator pestifero morbo grauius fuit ductus ad caput scalarum, ut coram testibus & Notario posset testari. Unde Thom. Maulius *tr. de vlt. volunt. lib. 1. tit. 13. n. 7.* asserit, quoddam si tempore pestis Testes nolent ingredi aedes, potest testator se ponere in aliqua fenestra, ut testes extra aedes inferius stantes, eius voluntatem audiant; vel curare se portari in viam publicam, ut coram testibus aliquantulum distantibus ordinet testamentum; sic moniales per cratrem ferream testari possunt. Boët. *dec.* 228. n. 12.

3. Nota tamen quoddam post hæc scripta inueni Marchinum in *tr. de Peste, p. 8. c. 2. n. 18.* docere non esse recedendum in iudicando à prima sententia, nisi cum non obscura fraudis indicia ex Testium dispositione apparent.

RESOL. LXV.

An testamentum tempore pestis confectum valeat, si infirmus conualecat? Ex parte 7. tractat. 6. Refol. 40 alias 39.

§. 1. **R**espondeo quoddam Testamentum tempore pestis coram duobus vel tribus factum, non fit irritum, si is qui peste decumbit reconualecat, & periculum euadit. Rip. in *tr. de Peste, c. 2. de priuileg. vlt. volunt. caus. pest. q. 1. n. 28.* & 34. 35. Rachb. *q. 20. n. 33. part. 2.* Moller. in *comment. ad const. Saxon. part. 3. const. 4. n. 8.* Pruckman. *conf.* 6. a. 2. n. 87. vol. 1. Boët. *decif.* 228. n. 12. Thom. Maulius *tr. de vlt. vol. lib. 1. tit. 13. n. 4.* Masc. *de probat. concl. 1422. n. 18.* & *concl.* 1558. n. 25. Peckius *de test. coniugum lib. 3. c. 19.* & alij.

RESOL. LXVI.

An quod dictum est de testamentis confectis tempore pestis, procedat quoque ad codicillos, & donationes causa mortis?

Et an ministrantes peste infectis gaudent in testamentis condendis eorum priuilegiis? Ex part. 7. tr. 6. Ref. 41. alias 40.

§. 1. **N**egatiue respondet Thesaurus, *Dec. Pedemont.* 180. n. 3. Parisius *conf.* 32. num. 48. Peregrinus *Dec.* 80. num. 2. & alij. Sed ego non video discrimen cur in Testamento confecto tempore pestis sufficiat minor numerus testium, & non in codicillis, vel donationibus, cum in vtroque casu eadem militet ratio. Et ideo hanc sententiam tanquam probabilem admittit Marchinus *de Peste part. 8. cap. 1. num. 25.* vbi etiam num. 15. rectè obseruat, ministrantes peste infectis gaudere in Testamentis condendis eorum priuilegiis.

RESOL. LXVII.

An sit validum testamentum confectum tempore pestis coram unico teste, & cum scriptura Parochi?

Et